Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Breviarium hominis christiani - Cod. Ettenheim-Münster 79

[S.l.], [18. Jahrh.]

Caput II.

urn:nbn:de:bsz:31-108661

Visual Library

61 Nonne iam Deo ſubiecta erit anima mea: ab
ipſo enim ſalutare meum

26. Dnūs enim illuminatio mea, et ſalus mea,
quem timebo.

* melius 117 * Bonum ergo est confidere in Domino, quàm
confidere in homine

* confidit 90 Qui enim * habitat in adjutorio Altiſſimi,
in protectione Dei coeli comorabitur.

144 Prope enim est Dnūs omnibus invocantibus
eum in veritate. Nam

9 Deſiderium pauperum exaudivit Dnūs; * prae-
* affectū parationem cordis eorum audivit auris tua.

61. Sperate igitur in eo omnis congregatio po-
puli: effundite coram illo corda vestra: Deus
adjutor noster in aeternum.

* vigilia 129 A * custodia matutina usq ad noctem, ſperet
Iſrael in Domino

129 Quia apud Dnūm misericordia est: et copio-
ſa apud eum redemptio ab omni malo

Caput II
Exercitia ſeu preces maximè tempore belli.

Aptiſſima arma oratio est, ait S. Chryſost. Moyses quamdiu
in vertice collis manus levabat, populus Iſraeliticus contra
Amalec vincebat, ſin autem paululum remiſiſſet, ſupera-
bat Amalec. Rex Aſa pugnaturus contra decies centena
millia regis Aethiopū, invocavit Dnūm Deum, et ait:
adjuva nos Dnē Deus &c. et ſic contrivit totum ejus exer-
citum. Rex Ezechias oppugnatus à Sennacherib
rege Aſſyriorum, ascendit in domum Dni, et oravit.
Idcirco percuſſit Angelus Dni unâ nocte 185. mil-
lia Aſſyriorum. Judith è Betulia egreſſura ad
Holofernem, dixit Oniae: nihil aliud fiat pro me,
niſi oratio. Tum ipſamet, prius factâ ad Deum ora-
tione, praeſcidit caput Holofernis, et fugato ejus
exercitu, concivibus ſuis ſalutem peperit. Da-
vid quoties in hostes movit, toties Pſalmos compo-

ſuit, et cecinit, toties et triumphavit. Rex Josaphat tres exercitus non armis, ſed oratione profligavit. Judas Machabæus quoties oravit Dnum, ſemper vicit: bis verò victus oraſſe non legitur. Aptiſſima igitur arma ſunt preces, maximè autem iſtæ, quarum potior pars à Davide, cum adverſus hostes bellum pararet, compoſita est.

Oratio querula contra mala, quæ ex bello oiri ſolent, cum imploratione divini auxilii contra hostes. Tropologicè adverſus inſultus dæmonis &c.

Vt quid Deus repulisti nos in finem: iratus est furor tuus ſuper oves* pascuæ tuæ. 73 *curæ

Commovisti terram, et conturbasti eam belli 59
tumultu: ſana* contritiones ejus, quia commota est. *afflictiones

Ostendisti populo tuo dura: potasti nos vino *compunctionis. *tribulationis

Sic dedisti metuentibus te ſignificationem, ut ad te fugiant à facie arcus.

Venite ergo, adoremus, et procidamus ante 94
Deum, ploremus coram Dno, qui fecit nos; quia ipſe est Dnus Deus noster, nos autem populus ejus, et oves pascuæ ejus.

Quoniam Deus magnus Dnus, et rex magnus ſuper omnes Deos, quoniam non repellet Dnus plebem ſuam, quia in manu ejus ſunt omnes fines terræ.

Accedite igitur ad Deum, et illuminamini: *recreabimini
et facies vestræ non confundentur.

Juxta est Dnus iis, qui tribulato ſunt 33
corde: et* humiles Spiritu ſalvabit. *afflictos

Ad te ergo Domine clamabo, et ad Deum 29
meum deprecabor.

Dne ante te omne deſiderium meum: et 37.
gemitus meus à te non est absconditus.

38 Exaudi orationem meam Dñe et depre-
cationem meam: auribus percipe lacrymas meas.

12 Vsquequo Dñe oblivisceris me in finem?
usquequo avertis faciem tuam à me?

Quamdiu ponam consilia in anima mea
pro pace mea, et dolorem in corde meo per
diem patiar?

Vsquequo exaltabitur inimicus meus super
me? respice, et exaudi me Dñe Deus meus.

85 Inclina Dne aurem tuam, et exaudi me,
quoniam et pauper sum ego.

31 Tu es refugium meum à tribulatione, quæ
circumdedit me: tu es exultatio mea erue
me à circumdantibus me malis.

Ego autem in Dño speravi lætabor, et
exultabo in misericordia tua; ais enim

49 Invoca me in die tribulationis: eruam
te, et sic honorificabis me. Igitur

55 In quacunq; die invocavero te, ecce cogno-
vi, quoniam Deus meus es.

69 Adjutor meus et liberator meus es tu: Do-
mine ne moreris opem ferre.

63 Exaudi Deus orationem meam cum depre-
cor: à timore inimici eripe animam meam.

121 Fiat pax in virtute tua, et abundantia
pacis in turribus tuis.

9 Exurge Dñe Deus, exaltetur manus
tua: ne obliviscaris pauperum.

+ Virtute. Virtus Dei ~~hic~~ dicitur ~~ple~~ exercitus, seu
plebs fidelis militans, Dnus enim virtutum, idem
est, ac Dnus exercituum. Turres autem dicuntur ii
qui præsunt, et duces sunt aliorũ. Sensus igitur est: fiat
pax in plebe tua militante, et abundantia pacis, id est, prospe-
ra omnia in eis, qui præsunt. Vid Titelm. Geneb.

Excita potentiam tuam, et veni: ut sal- 79
vos facias nos.
Da nobis auxilium de tribulatione; 59
quia vana salus hominis
Fiat misericordia tua Dñe super nos: quem- 32
admodum speravimus in te.
Ne memineris iniquitatum nostrarum 78
antiquarum: citò anticipent nos misericor-
dia tuæ; quia pauperes facti sumus nimis.
Non secundum peccata nostra facias no- 102
bis: neq; secundum iniquitates nostras re-
tribuas nobis
Adjuva nos Deus ~~noster~~ salutaris noster 78
et propter gloriam nominis tui Dñe libera
nos: et propitius esto peccatis nostris propter
nomen tuum.
Deus converte nos ad te: et ostende fa- 79
ciem tuam, et salvi erimus.
Libera Deus Israel, ex omnibus tribula-
tionibus suis.
Salvum fac populum tuum Dñe, et be- 28
nedic *hereditati tuæ: et rege eos, et extolle *plebi
illos gloriā usque in æternum.

Oratio principis adversus hostes visi-
biles; tropologicè contra invisibiles.

Domine, quid multiplicati sunt, qui 3
tribulant me? quam multi insurgunt adver-
sum me.
Tu autem Dñe susceptor meus es: gloria
mea, et exaltans caput meum.
Ad te igitur levavi oculos meos, qui ha- 122
bitas in coelis.
Ad te Dñe clamabo, et ad Deum meum de- 29

precabor.

69 Deus in adjutorium meum intende: Dñe ad adjuvandum me festina.

120 Auxilium enim meum à Dño, qui fecit coelum et terram. Itaq.

Eripe me de inimicis meis Deus meus: et ab insurgentibus in me libera me.

34 Judica Domine nocentes me: expugna impugnantes me.

Apprehende arma et ſcutum, et exurge in adjutorium mihi.

69 Avertantur retrorſum, et erubescant, qui volunt mihi mala.

*victorias
17. Deus, qui das *vindictas mihi, et ſubdis populos ſub me: tu es liberator meus de inimicis meis iracundis

26 Dñus enim protector vitæ meæ; à quo trepidabo.

Si consistant adverſum me castra hostiū: non timebit cor meum.

Si exurgat adversum me prælium: in hoc ſperabo triumphum.

59 Vt liberentur dilecti tui: ſalvum me fac dexterâ tuâ, et exaudi me.

58. Ego autem cantabo fortitudinem tuā: et exultabo mane misericordiam tuam.

*præsidio
12 Exultabit cor meum in *ſalutari tuo: cantabo Dño, qui bona tribuit mihi: et pſallam nomini Dñi altiſsimi.

58. Adjutor meus tibi pſallam, quia Deus ſusceptor meus es: Deus meus misericordia mea.

29. Exaltabo te Domine, quoniam ſuscepisti me: nec delectasti inimicos meos ſuper me.

Oratio pro principe in hostes movente: moraliter precatio est pro Ecclesia, vel quavis fideli anima.

Exaudiat te Dn̄us in die tribulationis: protegat te nomen Dei Jacob. 19

Mittat tibi auxilium de Sancto: et de Sion coelesti tueatur te.

Memor sit omnis† sacrificii tui: et holocaustum tuum pingue fiat.

Tribuat tibi omnia secundum cor tuum: et omne consilium tuum confirmet.

Lætabimur tunc in salutari tuo: et in nomine Dei nostri *magnificabimur. *triumphabimus.

Impleat Dn̄us omnes petitiones tuas: nunc cognovi, quoniam salvum faciet Dominus †Christum suum.

Exaudiet illum de coelo sancto suo: nam in *potentatibus salus dexteræ ejus est. *fortitudine

Hi in curribus, et hi in equis confidunt: nos autem in nomine Dn̄i Dei nostri invocabimus.

Non enim salvatur rex per multam virtutem: et gigas non salvabitur in multitudine virtutis suæ. 33

*Fallax equus ad salutem sine Deo: in abundantia enim virtutis suæ non salvabitur sessor ejus. 33. *inutilis

In Deo igitur *faciemus virtutem: et ipse ad nihilum deducet tribulantes nos. Nam 59 *agemus fortiter

Adjutorium nostrum in nomine Domini: 123

---

† Sacrificii. Sacrificium pingue, id est, Deo gratū est spiritus contribulatus, cor contritū, et humiliatū ex ps. 50.
† Christum, id est, unctum, quo nomine quosvis reges, qui sacro oleo uncti sunt intelligere possumus.

qui fecit coelum et terram.

20 Exaltare Dne in virtute tua: Sum cantabimus, et psallemus virtutes tuas.

Dne salvum fac regem N. et exaudi nos in die, qua invocaverimus te.

Caput III.

Psalmi ad corroborandū in Deo animum.

~~Psalmus 3~~
§. 1.

Contra tentationes diaboli
Psalmus 3.

Psalm. 3. Dne, quid multiplicati sunt, qui tribulant me? quàm multi insurgunt adversum me.

Multi dicunt animæ meæ: non est salus ipsi in Deo ejus speranda.

Tu autem Dne susceptor meus es: gloria mea, et exaltans caput meum. Nam

*coelo Voce mea ad Dnum clamavi, et exaudivit me de *monte sancto suo. Ideo

Ego dormivi, et soporatus sum tutè, et lætus exurrexi, quia Dnus suscepit me.

*hostis Non timebo millia *populi circumdantis me: tantùm exurge Dne: et salvum me fac Deus meus.

Quoniam tu hactenus percussisti omnes adversantes mihi sine causa: et *dentes peccatorum contrivisti.

*vim

*A Dno *Domini est salus mea: et super populū tuum est benedictio tua.

Psalmus 12.

Ps. 12. Vsquequo Dne oblivisceris me in finem? usquequo avertis faciem tuam à me.

Quamdiu ponam consilia in anima mea pro